UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iudæus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Diſpenſat; *Nau.n.243. Maiol.l.c.* de ſolo E-piſcopo loquitur.

Ex peccato notorio.

1. QVidam putant omne peccatum notorium facere irregularem, alij ſolam fornicationem: ſed nec id eſt in vſu. Infamis quidem ob ingens crimen repellitur ab ordine. Diſpenſat verò Epiſcopus, quanquam ſublata infamia non video opus eſſe diſpenſatione; quamdiu verò manet, non puto Epiſcopum poſſe diſpenſare, niſi fortè eam per ſententiam auferendo.

**Vide Nau.nu.248. Tol.l.1.c.28.num. 6. Viual. num.99.*

Epiſcopus; *Viual.num.106. Nau.255.*

IVDAEVS.

1. CEſſante periculo, non eſt mortale cum Iudæo conuerſari, etiam ſimul habitando, non tamen eius medici opera vtendo, *iuxta Conſtit. Gregor. XIV.*

**Vide Eum.verſ. Iudæus,n.2.3.5. Syl.verſ.eodē.* de hac re multa *Azorius l.8.c.22.*

Prohibet tamen *c. Nullus.28.q.1. vide c. omnes, ibid.*

2. Licet ei vendere ea quibus vtitur in cerimonijs ſuis, ſed non ea intentione, vt vtatur, nec cum certò ſcitur illis abuſuros. *Caiet. 2.q. 269. art 2. Mol.diſ.340.*

**Quidā tamen negāt: lege Azorium l.c.q.5.*

3. Iudæo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Iudæo non licet Chriſtianum ſeruum, aut famulum habere. Quòd ſi eius ſeruus Chriſtianus eſt, aut eſſe vult, ſit liber.

*Azorius l. 2. q. 7. { Quod ſi } c. mancipia. d. 54. vide Caiet. 2. 2. q. 169. 2.

4 Iudæi non ſunt prohibendi celebrare ſuos ritus, aut reficere ſuas Synagogas.

*Vide Azor. l. c. c. 6.

5 Aiunt quidam, poſſe Principem non habentem ſuperiorem in temporalibus, permittere Iudæis vſuras, ſi ita expediat Reip. Licet enim permittere mala minora ad euitanda maiora, vt apparet in meretricio.

*Vide Azor. l. 8. c. 22 q. 13. Nau. c. 27. nu. 143. & conſ. 3. de vſu. Syl. Vſura. 9. q. 22.

Addit. } Dicens, ſe eſſe Iudæum, peccat mortiferè, nunquam enim licet alienam profiteri fidem Cai. 2. 2. q. 3. art. 2. idem dicit de vtente Iudæorũ veſte: de quo vide Azor. l. 8. c 27. q. 4.

Chriſtiana nutrix, extra Iudæorũ domus, eorum infantes nutrire poteſt ſecundum Zabarellam: quod negat Ant. de Bu. Io. And. Abbas, Azor. l. c. c. 22. q. 9.

In Comœdijs, & Tragœdijs populo exhibitis Iudæorum, & Paganorum veſte vti licet. Azor. l. 8. c. 27. q. 6.

Iudex, vide Iudiciales actus.

Iudicium temerarium.

1. NOn eſt mortale temerè de aliquo iudicare id, de quo ille nihil curat; vel